Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526842-p0001-4

Lba. 7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526842-p0002-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526842-p0003-6

# JOH. HENRICI HEIDEGGERI

SS. Th. Doct. & Prof. Publ.

# EXERCITATIONUM BIBLICARUM,

Quibus Libri aliquot, tum Veteris, tum Novi Teſtamenti illuſtrantur,

*TOMUS PRIOR.*




TIGURI.

Apud DAVIDEM GESSNERUM

MDCXCIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526842-p0005-7

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE

Lbcc 7, 1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526842-p0006-2

# Typographus Lectori S.

NOn diu hæſitavi, Benevole Lector, publicarem ne, an caliginoſo ſilentio premerem Principis Theologorum, JOH. HENRICI HEIDEGGERI, ſcripta ἀνέκδοτα. Equidem à pio hocce conſilio abſterrere me fortè debebant, quod quædam affecta potius quàm confecta eſſent; quædam feſtinante ſtylo in Collegiis privatis nata; alia multa non retractata, non curis ſecundis emendata. Memineram etiam beatum Auctorem ſæpe dicere ſolitum, pulcherrimum ſe ſenectuti, ſi ſeneſcere daretur, reſervare laborem, ut quam diſcendo & docendo pararet ſcientiam & facultatem, eam ſtudio longoque uſu roboratam ad explicandas illuſtrandaſque ſacras Literas totam aliquando conferret. Peccamus igitur ſine dubio in famam & exiſtimationem τοῦ μακαρίτου, qui rudia hæc ac impolita & adhuc ſimillima naſcentibus in lucem protrudimus; quæ ſi ſupervixiſſet, limata, ut deſtinaverat, & polita edidiſſet ipſe. Sed quando aliter viſum eſt Deo, qui nobis hunc Virum in tanto impetu curſuque rerum magnarum eripuit, dolorem, quem graviſſimum inde ceperunt Muſæ, aliquo lenire ſolatio fas piumque duxi. Tabulas in hunc finem & fragmenta, quæ ex hoc naufragio

gio in manus meas, velut in portum aliquem enatarunt, collegi, ſovi, prælo ſubjeci. Nati hinc ſunt duo illi, quos vides, Exercitationum Biblicarum Tomi: E quibus primus poſt *Hiſtoriam vitæ & obitus Heideggeri* exhibet ejuſdem *Pharon Biblicam*, opus ſanè quàm luculentum & victurum certè, ſi totum haberemus; cum duabus Diſſertationibus *de Religione Communi* una, altera *de Peſte*. Alter complectitur Commentarios in varios S. Scripturæ libros diverſa occaſione perluſtratos; nempe *in Joſuam*, quem jam A. MDCLXVII. Auditoribus dictaverat; *in Matthæum* ad caput uſque XXIII. perductum, jam A. MDCLXXII. *In Epiſtolam ad Romanos* integram, ſcriptum A. MDCLXXVI. cui minore charactere ſubjecimus alias ejus obſervationes, quas juvenis fortè ex bonis Auctoribus collectas in privos uſus paraverat; In *utramque ad Corinthios*, uſque ad cap. XII. poſterioris Epiſtolæ; denique *in Epiſtolam ad Hebræos*. Hæc, ſi non diſplicebunt, reliquos etiam ejus labores, qui adhuc neglecti jacent, requiram, ne fortè, velut errones, alium Dominum, cujus dicantur, aliquando inveniant. Æquos interim Lectores & Heideggeri ſtudioſos enixè rogamus, ut, ſi quæ exaſciata tantùm, non exacta ſatis videbuntur, nobis imputent, qui non alio animo hæc publici juris facimus, quàm ut noſtrum bene merendi de publico ſtudium profiteamur, & S. Literarum Studioſis quoquo modo commodemus. Neque enim temerè ſperamus, exiguum vel nullum illud emolumentum fore, quod ex his ad eos redundaturum ſit. Ea namque Theologi noſtri, quem κατ' ἐξοχὴν merito ſuo ſic voco, eſt fama, quam editis doctiſſimis operibus maximam eſt conſecutus, illud ſcriptorum ejus apud omnes pretium, ut de laboris mei & ſumptuum jactura ſecurus

curus ſim. Quod ſi verò ſpes hæc omnis nos fallat, tum ſanè diſcent hinc viri docti, quantam jacturam fecerit res literaria ex acerba & immatura Heideggeri morte, quæ tanta opera inchoata abrupit: diſcent etiam, *cum pro non inchoato habeatur, quicquid peractum non eſt*, enitendum ſibi eſſe dum ſuppetit vita, ut mors quàm pauciſſima, quæ abolere poſſit, inveniat. Vale.

## Tomo primo continentur.

A. *Hiſtoria vitæ & obitus Auctoris.*

B. I. *Diſſertatio, de Bibliorum S. Nominibus & origine Divina.*

II. -- *De Scriptoribus Sacris.*

III. -- *De Authentia Librorum S.Scripturæ.*

IV. -- *De Integritate Librorum & Canonis, utriuſque Teſtamenti S Scripturæ.*

V. -- *De Perfectione & Sufficientia S.Scripturæ.*

VI. -- *De S.Scripturæ Partibus, Fœdere & Teſtamento Dei Vetere ac Novo.*

VII. -- *De Libris Veteris Teſtamenti in genere.*

VIII. -- *De Scriptoribus S.Librorum, V.Teſtamenti in genere.*

IX. -- *De Pentateuchi Scriptore.*

X. -- *De Divinitate Pentateuchi.*

XI. -- *De reliquis Vet. Teſtamenti Libris.*

XII. -- *De Hiſtoria Sacra Vet. Teſtamenti.*

XIII. -- *De Hiſtoria Sacra Novi Teſtamenti.*

XIV. -- *De Chorographia Sacra.*

Accedunt.

C. I. -- *De Religione Communi. Prior*

II. -- -- *Poſterior.*

III. -- *De Peſte.*

## Tomo ſecundo continentur.

D. 1. *Commment. in Librum Joſuæ.*

E. 2. *Notæ Theologicæ in Evangelium S. Matthæi.*

F. 3. -- *in Epiſtolam ad Romanos.*

G. 4. -- *in Priorem ac Poſteriorem ad Corinthios.*

H. 5. -- *in Epiſt. ad Hebræos.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526842-p0010-4

Id 183

ULB Halle 3
005 129 931

UDA NC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526842-p0011-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526842-p0012-5

CI HEIDEGGERI

oct. & Prof. Publ.

# TATIONUM
# CARUM,

aliquot, tum Veteris,
ſtamenti illuſtrantur,

OS PRIOR.




GURI.

EM GESSNERUM

CXCIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526842-p0013-1